tanquam Leo rugiens, circuimit,
quærens quem deuoret. Non
muſcæ comparatur hoſtis noſter
ſed Leoni, qui et corporis robore et
animi magnitudine armatus eſt,
qui nominatur à Chriſto Princeps
mundi, et à Paulo κοσμοκράτωρ.
Item: Poteſtas quæ in äere domi-
natur Ephe: 2. Et in hiſtoria
Iob: ca: 41 dicitur: Non eſt ſuper
terram poteſtas, quæ compare-
tur ei, qui factus eſt, ut nul-
lum timeat. Hanc potentiam
nec leuem nec infirmam, longe
ſuperat immanitas odij ipſius
aduerſus Chriſtum et Ecclesiam.

Scit